



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LVI. Parmen. fideicommissi de Anguisciolis. De eadem materia concursus plurium ejusdem generis & gradus æqualiter in fideicommisso succedere debentium, quorum unus alterum excludere velit ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

PARMEN. FIDEICOMMISSI

DE ANGUISCIOLIS

PRO

COMITE FERDINANDO DE ANGUISCIOLIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia concursus plurium ejusdem generis & gradus æqualiter in fideicommissis succedere debentium, quorum unus alterum excludere velit ex beneficio prælectionis, seu dispositionis ultimo morientis; Et an data per fideicommittentem facultate fideicommissariis alienandi inter sese, id importet facultatem disponendi per ultimam voluntatem, seu aliàs prælegendi unum, & alterum excludendi.

S Y M M A R I U M.

- 1 *Fidei seria.*
- 2 *Referuntur agentes de casu questionis.*
- 3 *Gravatus non potest intervertere ordinem successionis; & fideicommissi gratificando magis unum quam alteri.*
- 4 *Ubi adest facultas expressa non dubitatur.*
- 5 *Quod facultas alienandi comprehendat etiam dispositionem per ultimam voluntatem.*
- 6 *Quod verbum alienare positum inter actus speciales inter vivos ad istos restringatur.*
- 7 *Declaratio prohibitoria non autem in permissoria.*
- 8 *De ratione ob quam congruit ut competat gravato facultas prælegendi & gratificandi.*
- 9 *Quod in hac facti specie verbum alienare intelligatur de solis actibus inter vivos, & de administratis.*
- 10 *De ratione differentia inter dispositionem inter vivos, & per ultimam voluntatem.*
- 11 *Ubi adest discretivus modus loquendi, tunc nomen generale non complectitur ea quæ aliàs complecteretur.*
- 12 *Ubi urget incompatibilitas tunc est capiendus intellectus compatibilis.*
- 13 *De ratione ob quam facultas disponendi restringitur ad actus inter vivos.*

D I S C. L V I.

1 **F**erdinandus senior de Anguisciolis, ordinato perpetuo successivo ac reciproco etiam lineari fideicommissis in descendentiâ quinque ejus filiorum, quos hæredes instituit, strictissimam ac pœnalem adjiciendo prohibitionem alienationis, istam moderatus est, ut successores pro tempore inter sese tantum, vendere, alienare, permutare, & quoscunque contractus facere possent, ita tamen

Cardin. de Luca de Fideicommissis.

quod bona extra eos exire non possent; Cum autem ex omnibus dictis filiis primò institutis esset solum superstes Petrus Antonius, hic prole careret, superstitibus Ferdinando juniore filio Annibalis, & Hieronymo filio Thomæ, utendo facultate per testatorem concessa ordinavit, tam in ejus portione quàm in aliis obventis ex successione aliorum fratrum primogenituram ad favorem lineæ masculinæ Ferdinandi; Itaque defecta postmodum ad favorem lineæ masculinæ Hieronymi alterius nepotis, qui patris judicio non acquiescendo, iudicium instituit contra Ferdinandum super simultanea & æquali fideicommissaria successione in vim reciproca per Ferdinandum seniore avum ordinata; Cumque ex parte rei conventi circa professionis initia desuper pro veritate consultus essem, quamvis stylo extero potius quàm Romano fuso calamo desuper scriplerim, atque cum copiosis allegationibus more juvenum deducerem argumenta hinc inde, desumendo totum ex copiose ac elaboratè congestis in materia per *Bellon. jun. conf. 1. Surd. conf. 96. Giovagnon. conf. 65. lib. 1. Fusar. quest. 380. & 716.* Verè tamen punctus restringebatur ad inspectionem, An dicta facultas per testatorem attributa, intelligenda esset de quacunque dispositione, nedum inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem, ita intervertendo ordinem fideicommissi restitutorii in casu mortis, quod ordinatum censeretur debeat ad favorem omnium conditionaliter, & quatenus gravatus aliàs non disponat intra personas generis vocati, quod non egredi sufficit juxta sententiam *Surdi & Giovagnon ubi supra*, ac aliorum apud eos, & *disc. preced.* Vel potius illa restricta sit ad actus inter vivos pro evitando fideicommissum conservatorium seu pœnale aperiendum per actum alienationis etiam durante vita vel jure alienantis, ita ut non exinde resultet aliqua correctio vel interversio ordinis successorii præscripti in fideicommissis restitutorio.

Ideoque totum versabatur super intellectu dictæ facultatis, qua cessante, vel non comprehendente casum, absolutum hodie remanet, hæredem gravatum non posse alterare ordinem à testatore præscriptum, uni gratificando, & alium excludendo ad textum in *l. cum ita §. in fideicommissis ff. de legatis secundo, & l. finali Cod. de verb. signif. cum concord. per Peregr. de fideic. art. 14. num. 7. latè Bellon. jun. d. conf. 1 à numer. 32. ad 36. Rota apud Seraph. decis. 874. apud Cocim. decis. 495. & in aliis plenè deductis in decisionibus editis in Romana fideicommissi de Boncompagni, de qua *disc. preced.* & in Romana hereditatis de Spatis de qua *disc. sequen.* Potissimè verò ac extra omnem difficultatem ubi fideicommissum restitutorium in casu mortis est expressum ac dispositivum, cum sola dubitandi ratio cadere videatur, ubi illud non est expressum, sed implicite deducitur ex ratione conservationis bonorum in familia, vel descendentiâ, assignata ratione prohibitionis alienationis, quamvis & tali casu magis receptum videatur, neque talem ordinem interverti posse, ut *d. disc. preced.**

Et e conversò ubi adest talis facultas per testatorem attributa, nullum cadit principium dubitandi, quod solum semper intrat circa voluntatem seu voluntatis interpretationem, & quidnam voluerit, non autem circa potestatem ut tanquam absolutum præsuppositum fuit in dictis causis de quibus *d. disc. preced. & sequen.* in quibus de hujusmodi facultate actum fuit.

N

Pro:

LUCA
de
amentis
cat
CVI
9

Pro compræhensione facultatis etiam disponendi post mortem ac per ultimam voluntatem, ponderabam ea quæ in ratione dubitandi plenè in his terminis deducuntur per Bellonjun in d. *fatis elaborato conf.* 1. ac etiam ea quæ habentur infra in *Romana locorum montium de Boncompagnis disc.* 58. & in decisionibus longè post hæc in ea causa editis coram Priolo impressis inter controversias Altagradi junioris post contror. 84.

Ac etiam ponderabam, quod licet quæstio sit inter DD. An verbum generale alienare positum inter alia verba denotantia solum actus inter vivos, ab istis restrictionem recipiat, ita ut non capiat dispositionem per ultimam voluntatem, aliàs sub ejus lata significatione cadentem, quasi quod intelligi debeat de similibus expressis, ex iis, quæ ex Gratian. *discept.* 594. num. 7. & aliis habentur late apud Rotam *dec.* 8. num. 3 & 4. par. 7. *rec.* & per Adden. *ad decif.* 16. par. 3. *rec.* repeti. apud Dumozet *decif.* 371 num. 36. Attamen id intelligendum venit in prohibitoriis, in quibus stricta & rigorosa interpretatio faciendâ est, non autem in permissoriis, in quibus magis benigna, ac lata, & favorabilis interpretatio fieri debet, ideoque verbum alienare convenit etiam dispositioni per ultimam voluntatem juxta doctrinam Bart. in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. quam sequuntur Imola 1. as. & alii ibidem relati per Surdum *conf.* 10 & *conf.* 71. utrobique num. 12. Decian. *conf.* 58. num. 19. lib. 3. qui advertit h. nc distinctionem non habere contra dictorem Peregr. *art.* 40. num. 57. & alii relati per Adden. *ad d. decif.* 16. par. 3. *rec.* num. 35. cum sequen. & in d. *Romana locorum montium coram Priolo apud Altagrad. d. contror.* 48.

Ponderando etiam hujusmodi facultatis rationabilitatem, ob quam, ubi non agitur de simplici ac indefinita potestate alienandi in extraneos sed intra genus vocatum, ac firmo remanente fideicommissio, cum sola præelectione, benigna & favorabilis interpretatio admittenda videtur, ut ita successores, parentibus vel aliis majoribus magis obsequentes fiant, atque ad virtutes bonosque mores cum commendabili æmulatione alliciantur, ob spem præmii vel timorem pœnæ, & ne sibi assumant petulantem licentiam, parentes ac alios majores spernendi ob necessariam successorem eis debitam; Et ex qua ratione quicquid in contrarium doctè ac elaboratè probare conetur Bellonjun. *d. conf.* 1. semper mihi placuit alia opinio, ut quoties facultas est capax hujusmodi interpretationis, ita ut possit non obster clara voluntas testatoris in contrarium, quia nempe eadem facultas esset personalis, ut in casu *discursus præcedentis*, vel clarè restricta videretur ad solos actus inter vivos, ut in *presenti*, tunc semper lata & benigna interpretatio fieri debeat pro gratificatione seu præelectione.

His tamen non obstantibus, in hac facti specie contrarium mihi probabilius visum fuit, respondendo contra requirentem, ut scilicet facultas prædicta ad solos actus inter vivos durante vita seu jure alienantis absque aliqua alteratione fideicommissi restitutorii, ac interversione ordinis successorii restricta esset juxta *d. conf.* 1. Bellonjun. cum *concord.* Videbatur enim hæc voluntas clara ex pluribus.

Primo quia non solum verbum generale, alienare positum erat inter verbum, vendere, & verbum, permutare, denotantia speciales contractus inter vivos, sed etiam ob generalem adjectionem alio-

rum verborum, ibi, *Et quoscuque contractus inter vivos* ex quibus verbis ad evidentiam desumi videtur dicta voluntas loquendi solum de contractibus & actibus inter vivos, ut cæteris relatis obstat in his terminis Peregr. *conf.* 5. num. 5. & 6. lib. 4. & ex Romano *conf.* 476. bene observat longè differentiam inter alienationem per actus inter vivos, & illos per ultimam voluntatem, primo casu extremum remanet habile, quod testator ipse habet, à se abdicat & in alium transfert naturam effectus alienationis, quod non congruit dispositioni per ultimam voluntatem, effectus transfertur in teapm inhabile, & qui disponens non est amplius dominus nec possessor.

Secundò clarius ob discretivum modum loquendi, quod scilicet, quando testator loquitur de actibus ac dispositionibus per ultimam voluntatem, id explicavit, unde resolutè demonstratio, quod sub verbo æquivoco generali non intellexit compræhendere id, quod sub verbo speciali contradistinxit, ut in pluribus exemplis receptum habemus, præsertim verò inter, sub nomine filiorum veniant nepotes, quibus ubi constat testatorem discretivè de filijs ac nepotibus loquutum esse, tunc nunquam veniunt infra super hac materia seu articulo.

Tertiò quia in alia testamenti parte videtur, quod bona & integra hereditas communiari deberent in dictis descendentes gradibus ac ordine successivo, & prout vocati sunt, ne propterea incompatibilis cum hac voluntate manere videretur dicta facultas, per quam inter successivos interventus remaneret, ideoque tradictionem seu correctionem evitandam, quod est intellectus compatibilis referendi dictam facultatem ad solos actus inter vivos durante vita seu jure possessoris tanquam per speciem dispositionis à præcedenti stricta & penali prohibitione & ne aliàs caducitatem incurreret juxta ea quæ cæteris relatis plenè habentur apud Bellonjun. *d. conf.* 1.

Et quartò demum ponderabam rationem differentia, quod scilicet hujusmodi licentia per actus inter vivos rationabiliter tribui solet, ad evitandum occurrendi necessitatibus, quæ possessoribus pro tempore contingere possunt, unde præsumitur etiam lex quandoque ex præsumpta mentis testatoris hujusmodi licentiam tribuit, ex deducitur Fusar. *quest.* 535. & seq. & habetur pluries in *de feudis ad materiam Bullæ Baronum*; Licet hæc ratio generalis suffocata remanere videretur alia meliori ratione supra in contrarium probata circa bonos effectus ex gratificandi factis resultantibus, sed bene illa ponderabilis est considerationibus ut supra, cum consuetudine, & ut singula quæ non prosumunt &c.

* *